

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 8. Cur diuitiæ laquei vocentur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](#)

ci, vrgebat sacerdos: ille autem negabat,  
id sibi integrum esse; eò quòd cor sibi pra-  
sens non esset, sed illud auius sum è pectore,  
inter aureos in cista nummos attineretur.  
Dixit, & vixit. Ut dicti fides constaret, re-  
serat à cistā miserum cor, mille curis, tam  
quam spinis, confossum, in medio fulgen-  
tium nummorum repertum est. Quo pro-  
digio, quid aliud dicere voluit benignus  
hominum pater, quàm, *Diuitiae si affluant, nolite cor apponere?* si arrideant, nolite totis  
manibus inuolare, sed eas non secus ac spi-  
nas tractate. Spinas enim, si quando por-  
tandæ sunt, aut attingendæ, trepidis & cau-  
tis, non pressis manibus tangimus, libenter  
que dimittimus. Sic & diuitiæ non sine me-  
tu sunt apprehendendæ, & explicatis mani-  
bus à nobis dimittendæ, quando vel merces,  
vel eleemosyna danda, vel liberalitas, vel  
patientia in earum amissione exercenda.  
Quisquis eis cor apponit, adhamatur: quis-  
quis illas pressis manibus retinet, sauciatur.  
Faciliusque est spinas induere, quàm eu-  
lere.

## §. VIII.

*Cur diuitiae laquei vocentur?  
Nec spinis tantum diuitiæ, sed etiam la-  
queis*

queis comparantur, quibus Stygij animarum venatores humanum genus solent irretire, teste S. Bernardo in illud Psalmi: *Ipsò* <sup>S. Bern.</sup> in *Psal.* *liberauit me de laqueo venantium. Horum* <sup>90</sup> *hō-*  
*autem venatorum laquei sunt tentationes mil. 3.*  
 atq; peccata. In quos laqueos incidunt, qui diuitias sitiunt. Quid enim mali non faciunt, vt bona caduca adipiscantur, vt amissa recuperent, vel vendicent? Hoc est, quod Apostolus commonuit: *Qui volunt dinitos fieri, incidunt in temptationem & in laqueum* <sup>1 Tim. 6. 9.</sup> *diaboli.* Inter omnia metalla auro nullum est nobilior, sed nullum quoque grauius; quo ipso pondere auri Conditor voluit hominibus indicare, quantum sit in eo onus, quantum corporis & mentis impedimentū, ad cālum euolare cupientis. Qua de causa etiam Poëta ait:

*Diuitias fugito, pondus grane celsa petenti:*

*Impedirent animū, nec bene velle sinunt.*

Parum refert, aureis, an ferreis compedibus ligeris. Absalom pulcherrimos nutritiebat capillos, adeò ut nonnulli scribant, illos in ornamentum à mulieribus emtos. Illi tamen ipsi pulchri capilli in laqueum ei fuerunt, quo suspenderetur. Quin & in onus indicat enim diuina pagina, cæsariem cum

M. 5

gra-

2. Reg.  
14. 26.

S Chry-  
st. hom.  
7. de pœ-  
nit.

grauasse, eaq; propter tondebatur, & quan-  
do tondebat capillum, ait (semel autem in annis  
tondebatur, quia grauabat eum casaries) pon-  
derabat capilloes capitis sui ducentis siccis, ponda-  
re publico, id est, ducentis vncijs. Tales sunt  
divitiæ, & onerant, & ligant, atque idcir-  
co pili faciendæ, & rondere. Quocirca  
rectè monet Chrysostomus: *Superflua quoq;  
amputa, & fac pauperibus supplementum.*  
*Nam si calceamenta quis supramensuram pe-  
dibus adegerit, itinere certè prolixiore sentit  
impedimenta; & vestimentum induens corporis  
staturam excedens eodem implicabitur modo.*  
*Quòd si superfluum ubiq; inutile est, in pecunia  
fortius multò: & qui supra quod satis est, ha-  
bent, non modo in ipsa sufficientia, sed in quibus-  
dam necessarijs impeditur. Nam qui deforū  
in agone currunt, & ipsa exuunt vestimenta;  
viam verò in calum ferentem, & eamdem ar-  
etiam, & arduam tot cum impedimentis, que  
modo poteris ambulare? Veloci enim & expe-  
dito cuiquam panè impossibile est consequi salve-  
rem.*

### §. IX.

*Pecunia iniuste acquisita, utiliter perdita.*  
*Quam vt nonnulli consequantur, sin-  
gulari beneficio Deus ab eis opes, tamquam  
onera*